

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

CXXVI.

WILHELMUS REX ROMANORUM RESTITUTIONEM
 OPPIDI NEUENBURG CONRADO COMITI
 FRIBURGensi PROMITTIT.

A N N O M C C L I.

Ex Authenico Archivi Badensis Basileæ.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper Aug. Nouerint uniuersi ad quorum noticiam iste peruenerint, quod cum *Comes Cunradus de Vriburg*, dilectus fidelis & Confanguineus noster, ecclesie, nobis & Imperio seruiuerit haftenus fideliter & prudenter, & in posterum nobis in negociis ecclesie & Imperii per se ac suos potenter & patenter seruire debeat bona fide, quandocumque ipsum duxerimus requirendum, prout ipse in nostre majestatis presentia data fide promisit, prestito super hoc corporaliter juramento, nos ipsum propter hoc speciali gratia & honore preuenire volentes, restitutionem opidi *Nuuenburg*, & omnium aliorum bonorum in quibus jus proprietatis obtinet, per bone memorie *H. Lantgrauium Thuringie quondam Romanorum in Regem electum* sicut asserit sibi factam gratam & ratam habemus. Volumus quoque & fideliter promittimus ipsum iuuare ac defendere in juribus eorundem, per uires & potentiam regie majestatis, dantes ei presentes litteras in testimonium super eo. Datum Argentine. III. Idus Maij Indiçt. VIII. (a)

||
 (L. S. majest.)

(a) Ex Anno Indiçt. apparet chartam hanc datum esse Anno Christi 1251.